

# EPISTULA LEONINA

## CXXXII

HEBDOMADALE  
 PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
 QUOD ĒDITUR  
 E DOMO EDITORIĀ INTERRETTIALI  
 CUI NOMEN EST  
**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS **G R A T I S** ET **S I N E ULLĀ OBLIGATIONE**. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. **SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.**

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CXXXI** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM  
**CENTESIMAM TRICESIMAM SECUNDAM (132) !**

## ARGUMENTA

1. DE HERODOTO PATRE HISTORIAE (I).....	04-10
2. PROOEMIUM HERODOTI (editio bilinguis).....	11-15
3. GYGES ET CANDAULES.....	15-22
4. VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAЕ (IV).....	23-26

**LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATEM AMANTIBUS  
SAL.PLUR.DIC. S.V.B.E.E.V.**

***Cara Lectrix, Care Lector,***

*vere ineunte, mense Maio adveniente maximē gaudeo, quod mihi licet  
Tibi offerre Epistulam Leoninam **centesimam tricesimam secundam**.*

*Te invito, ut mecum legas »narratorem dulcem, lenem, candidum, ut ferē  
senem videre videamur, post longinquas peregrinationes domi reducem,  
in solio sedentem, libenter referentem, cum quae viderat, tum quae  
audiverat, ne iis quidem exceptis, quae incredibilia ipse judicaret«. Haec  
hactenus **de Herodoto** dicit Daniel Wyttenbach philologus praeclarus.*

*Quae cum ita sint, hanc Epistulam Leoninam 132 tolle et lege et laetare  
et ... **pancraticē vale et perge mihi favere!***

**Medullitus Te salutat**

**Nicolaus Groß**




<http://www.leolatinus.com/>

**LEO LATINUS  
Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,**



**Nocte Saganarum, 30. m.Apr., a.2017**




## NEC TEMERE NEC TIMIDE

Sententiola heraldica Dantisci urbis olim Hanseaticae  
Dantiscum polonicē appellatur *Gdańsk*, theodiscē *Danzig*.

# DE HERODOTO PATRE HISTORIAE (I)<sup>1</sup>

**»Narrator dulcis, lenis, candidus, ut ferē senem videre videamur, post longinquas peregrinationes domi reducem, in solio sedentem, libenter referentem, cum quae viderat, tum quae audiverat, ne iis quidem exceptis, quae incredibilia ipse judicaret«.**

**DANIEL WYTTENBACH 1746-1820<sup>2</sup>**



**HERODOTUS Halicarnasseus** (graecē Ἡρόδοτος Ἀλικαρνασσεύς); \*490/480 a.Chr.n.; †ca. 424 a.Chr.) fuit antiquus historicus, geographus, ethnologus, qui scripsit graecē. Idem a Cicerone<sup>3</sup> dictus est *pater historiae* et narrator *fabularum innumerabilium*. Unicum eius opus nobis traditum sunt novem libri ***Historiarum***, quibus tamquam historiâ universali describitur, quomodo saeculo sexto a.Chr.n. exeunte potestas regni Persarum exaucta sit et ineunte saeculo quinto a.Chr.n. Graeci cum Persis bella gesserint.

<sup>1</sup> Latinē reddidi theodiscam symbolam Wikipedianam (<https://de.wikipedia.org/wiki/Herodot>), hīc et illīc notulam addens.

<sup>2</sup> Daniel Wytttenbach, in: Hermann Harless, Lineamenta historiae Graecorum et Romanorum litterariae scholarum in usum..., Lemgoviae 1827, p.30.

<sup>3</sup> Cicero, De legibus 1,5. *QUINTUS. Intellego te frater alias in historia leges observandas putare, alias in poemate. MARCUS. Quippe cum in illa ad veritatem Quinte cuncta referantur, in hoc ad delectationem pleraque; quamquam et apud Herodotum patrem historiae et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae.*

## Index argumentorum

- 1. Vita
- 2. Herodoti *Historiae*
  - 2.1 Conspectus
  - 2.2 Fide quam dignus sit, quantum valeant eius fontes
  - 2.3 Receptio operis antiqua
- 3 „Pater historiae“ – peculiaritates historiographiae Herodoteae
  - 3.1 Ab Herodoto historiam tractari ratione universali
  - 3.2 Eum transgressum esse a traditione orali ad scriptoriam
  - 3.3 Eum res mythicas operi inclusisse
  - 3.4 Continentes et zone marginales mundi Herodotei
  - 3.5 Herodotus ethnologus cultuumque civilium explanator
    - 3.5.1 Status sexuum et consuetudines venereae
    - 3.5.2 Mortui quomodo tractentur
    - 3.5.3 Religio quid valeat
  - 3.6 De rebus politicis quid scribat Herodotus.
    - 3.6.1 De potentium cupiditate imperii augendi
    - 3.6.2 De potentium caecitate et hybride
    - 3.6.3 De rei publicae constitutionibus
- 4 Eponyma
- 5 Editiones et versiones
- 6 Litterae primariae atque secundariae
- 7 Iunctiones retiales

## 1. Vita

Herodotus natus est Halicarnasso in urbe Asiae minoris, quae hodie appellatur *Bodrum*. Ibidem ad rem publicam accessit et conatus est *Lygdamidem* tyrannum principatu deicere. Cum hoc non successisset, Herodotus in exilium iit Samum in insulam. Ex quodam convento aliquanto post ei licuit reverti, deinde iterum studuit Lygdamidem principatu deicere – idque nunc bono cum successu. Tamen brevi post Herodotus Halicarnasso in sempiternum relictâ in Italiae meridionalis coloniam Thuriorum emigravit, cuius condendae dicitur ipse fuisse particeps. Circa a.447 a.Chr.n. per nonnullos annos Athenis versatus est, ubi videtur familiariter usus esse hominibus illius aetatis illustribus, inter quos fuerunt Sophocles et Pericles. In Athenarum urbe Herodotus acroases fecit textûs operis sui recitans, pro quibus mercedem accepit a rei publicae magistratibus. Postea Thurios revertit.


Herodotus ipse dicit se itinera longiora fecisse, sed non accuratê indicat, quibus temporibus haec fecerit: In Aegyptum, in regiones Ponti Euxini, in Thraciam et Macedoniam usque ad terram Scytharum, in Orientem proximum usque ad Babylonem, sed non videtur iter fecisse in Persidem propriam. Nonnulli investigatores (qui appellantur

*Liar school, id est affirmatores mendacitatis Herodoteae) haec verba Herodoti addubitantes putant eum fuisse doctorem umbraticum<sup>4</sup> ideoque mundum Graecorum numquam reliquisse.*

Quibus annis Herodotus vixerit et quando quid fecerit, maximam partem conclusum est ex eius opere nonnullisque verbis auctorum posteriorum consideratis. Verisimile est Herodotum mortuum esse brevi postquam opus publicavit. Qui dicitur in urbe Thuriorum sepultus esse. At antiquis iam temporibus a nonnullis narrabatur eius sepulchrum alio loco situm esse.

## 2. Herodoti *Historiae*

### 2.1 Conspectus



Mundus Herodoteus

Ab investigatoribus recentioribus *Historiae* Herodoti honorificē dicuntur esse opus *stupendae magnitudinis et effectūs ingentis*. Nullum auctorem antiquitatis alium tam vehementer quam Herodotum id studuisse, ut lectoribus describeret totius mundi multiplicatatem, qualem ipse consideraret: ut explicaret, quales mores essent gentium diversarum varias terras incolentium qualemque cultum civilem eaedem effecissent<sup>5</sup>. Fortasse Herodotus acroases faciens originaliter

<sup>4</sup> orig. „Stubengelehrter“.

<sup>5</sup> vgl. Reinhold Bichler/ Robert Rollinger: Herodot. 4.Aufl., Hildesheim/Zürich/New York 2014, p.11, Vorwort: „Herodot hinterließ mit seinen Historien ein Werk von erstaunlicher Größe und ungeheurer Wirkung. Kein anderer Autor des Altertums hat sich in gleicher Weise dem Ziel verschrieben, seiner künftigen Leserschaft eine

auditoribus recitavit singulos textūs unius argumenti (qui appella-bantur λόγοι). Quando *Historiae* primum sint publicatae, incertum est; docti inter se dissentunt de tempore primae editionis. Operi autem insunt certa quaedam indicia, quae spectant ad eventū anni 430 a.Chr.n., in Historiis etiam videtur indirectē alludi ad eventū anni 427 a.Chr.n. Incertum est, num alia verba Herodoti pertineant ad eventū a.424 a.Chr.n.<sup>6</sup>

*Historiarum* pars omnium gravissima, ut Herodotus dicit iam in initio, est descriptio bellorum persicorum finalis:

*Herodotus Thurius [Halicarnasseus], quae cum ceteris de rebus, tum de causâ bellorum Graecos inter Barbarosque gestorum, perquirendo cognovit, ea his libris consignata in publicum êdit; ne, quae ab hominibus gesta sunt, progressu temporis oblivione deleantur, neve praeclara mirabiliaque facta, quae vel a Graecis edita sunt vel a Barbaris, suâ laude fraudentur.* **PROOEMIUM HISTORIARUM<sup>7</sup>**

Ratione modernâ multum valet ad theoriam politicam illa disceptatio, qua Herodotus agit de variis generibus rerum publicarum inter se comparandis et existimandis<sup>8</sup>. Eidem insunt quaedam fundamenta democratiae investigandae.

Herodotus, cum ad opus suum conscribendum per multos annos collegisset relationes chronographorum, mercatorum, militum, adventurariorum<sup>9</sup>, his testimoniis nixus conclusit, quibus rationibus evenissent res tam intricatae quam expeditio Xerxis in Graeciam facta aut illustrissimum illud proelium Salamineum. Similiter ac Hecataeus Milesius Herodotus, ut dicit, in multas terras longinquas, de quibus refert, ipse iter fecit. Idem auctor exemplum dedit a narratione orali ad

Vorstellung von der ganzen Welt in ihrer Vielfalt zu geben, vom Lebensraum der Völker, von ihren unterschiedlichen Sitten und kulturellen Leistungen, von ihren Taten und ihrem Geschick, um daraus einen Maßstab für die Erkenntnis der eigenen Geschichte – das heißt: der Geschichte der Griechen – zu gewinnen und diese gleichzeitig in einen universalen Zusammenhang zu stellen“.

<sup>6</sup> cfr Reinhold Bichler: *Herodots Welt*. 2. ed., Berlin 2001, p. 377, adn. 204.

<sup>7</sup> Latinē reddidit Ioannes Schweighäuser. orig.: Ἡροδότου Θουρίου [Ἀλικαρνησσέος] ιστορίης ἀπόδεξις ἦδε, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωμαστά, τὰ μὲν Ἑλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλέα γένηται, τά τε ἄλλα καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοιστ.

<sup>8</sup> HERODOTUS 3, 80–84.

<sup>9</sup> +adventūrius, -ii m. orig. Abenteurer.

scriptualem transgressus, tamen opus eius adhuc vestigiis traditionis oralis est insigne.

## 2.2 Herodotus fide quam dignus sit et quantum valeant eius fontes

Iam ex antiquis temporibus lectores inter se dissentunt existimantes Herodotus fide quam dignus sit. Iam Plutarchus tractatum scripsit, in quo Herodotum vituperavit, quod esset mendax. Hodie alii Herodotum putant esse relatorem pro condicionibus aetatis suae stupendâ cum diligentia operantem; alii sentiunt Herodotum multa ulro finxisse et simulare tantum se fuisse testem oculatum. Usque hodie de hac re investigatores non inter se consentiunt.

Itaque philologi etiam non desinunt dissentire existimantes, quatenus res in *Historiis* Herodoti relatae sint fide dignae. Cum autem multi eventûs historici non traditi sint nisi ab Herodoto, quaestio fidelitatis Herodoteae historicis hodiernis permultum valet.<sup>10</sup> Non semper certê inveniri potest, quibus fontibus Herodotus usus sit<sup>11</sup>. Auctor ipse dicit se praecipue niti rebus, quas expertus sit in itineribus propriis, quorum quaedam num reverâ facta sint, nonnulli investigatores dubitant<sup>12</sup>, et relationibus hominum singulas regiones incolentium. *Detlev Fehling* affirms Herodotum fontes suos necnon investigationes itineraque putativa maximam partem mente finxisse.<sup>13</sup> Haec thesis ab investigatoribus anglosaxonics recepta accuratius elaborata est; quorum schola ab adversariis appellatur *Liar School*, quia putent Herodotum mentiri – quod *Detlev Fehling* semper negavit. Quamvis talis affirmatio mendacitatis non facta sit hominum doctorum opinio communis, tamen propter disputationes annis octogenariis nonagenariisque factas historici hodierni Herodoto minus pretium attribuunt ad historiam sexti saeculi investigandam quam priores. Dubium non est, quin Herodotus usus sit etiam testimoniis scriptis, inter quae fortasse fuit opus Dionysii Milesii, certê autem Hecataei

---

<sup>10</sup> Vide ea quae de statu investigationis scribit Antonios Rengakos: *Herodot.* in: Bernhard Zimmermann (ed.): *Handbuch der griechischen Literatur der Antike.* tom. 1: *Die Literatur der archaischen und klassischen Zeit.* Monaci Bavarorum a.2011, h̄c p. 345–349.

<sup>11</sup> cfr Boris Dunsch, Kai Ruffing (Hrsg.): *Herodots Quellen – Die Quellen Herodots.* Wiesbaden 2013 necnon: Simon Hornblower: *Herodotus and his Sources of Information.* in: Egbert J. Bakker, Irene J. F. de Jong, Hans van Wees (ed.): *Brill's Companion to Herodotus.* Lugduni Batavorum a. 2002, p.373–386.

<sup>12</sup> Nonnulla testimonia inveniuntur apud Antonium Rengakos: *Herodot.* in: Bernhard Zimmermann (ed.): *Handbuch der griechischen Literatur der Antike.* tom.1: *Die Literatur der archaischen und klassischen Zeit.* Monaci Bavarorum a.2011, h̄c p. 346.

<sup>13</sup> Detlev Fehling: *Die Quellenangaben bei Herodot. Studien zur Erzählkunst Herodots.* Berolini 1971.

Milesii<sup>14</sup>. Herodotus cum cetera tum id praecipue studuit, ut accuratius consideraret altiores cultûs civiles orientales, praesertim Aegyptiorum. Nôta sunt illa verba, quae facit de pyramidibus construendis et corporibus hominum medicatis. Si eius relatio itineraria est fide digna, testes ei praecipui fuerunt sacerdotes Aegyptii; sed Herodotus ipse nescivit loqui sermone Aegyptio. Generaliter investigatores parum certe sciunt, quam diligenter Herodotus testimonia quaesiverit et traderet, praesertim cum perdifficile sit investigare nuntios, quos auctor ipse contendit a se auditos esse aut inscriptiones, quas idem nescivit intellegere nisi ab interprete graecê redditas<sup>15</sup>. *Historiae* nequaquam expertes sunt mendorum, rerum mente fictarum, errorum, quales sunt distantiae et numeri et loci locorumque nomina falso indicata; sed Herodoto id contingit, ut animum lectoris non sôlum attrahat magnarum rerum cohaerentiis exponendis, sed etiam rebus minoribus delectabiliter narrandis. Idem auctor nonnulla falso indicat, quae spectant ad historiam Orientis propioris et Persidis antiquorem. Etiam ea, quae Herodotus scribit de bellis Persarum suae aetati proximis, interim ab investigatoribus partim cautius aestimantur, praesertim cum demonstratum sit auctorem nonnulla parum accuratê aut falso indicasse, e.g. militum numerum aut annos, quibus contendit res gestas esse.

Herodotus opus suum condire solebat anecdoticis fabulis fabellisque necnon reddidit narrationes plus minusve mente fictas vel novellis similes – causae, quibus illas reddiderit, licet fuerint variae, certe haud minima valuit lectorum delectatio. In numerum talium narrationum refertur fabula Aegyptii furis ingeniosi<sup>16</sup> aut relatio de Indiae formicis aurum effodientibus facta, quas Herodotus contendit esse canum ferê magnitudine<sup>17</sup>; haec autem narratiacula coaequalibus certe eo fuit credibilior, quod India sic quoque videbatur esse terra ferê mythica miraculorum plena. In summâ Herodotus tractavit materias vehementer varias atque multiplices (velut geographiam, ethnologiam,

<sup>14</sup> cfr Antonios Rengakos: *Herodot.* in: Bernhard Zimmermann (ed.): *Handbuch der griechischen Literatur der Antike.* tom. 1: *Die Literatur der archaischen und klassischen Zeit.* Monaci Bavarorum a.2011, hic p. 346f. cfr. etiam Robert Fowler: *Herodotus and His Contemporaries.* in: *The Journal of Hellenic Studies* 116 (a.1996), p. 62–87.

<sup>15</sup> De credibilitate *Historiarum* deque fontibus breviter referunt Reinhold Bichler, Robert Rollinger: *Herodot.* Hildesheim etc. a.2000, p. 130sq. et 133sq.

<sup>16</sup> cfr EL 131. Herodot 2, 121. cfr etiam Stephanie West: *Rhampsinitos and the Clever Thief (Herodotus 2.121).* in: John Marincola (ed.): *A Companion to Greek and Roman Historiography.* Chichester a.2011, p. 322 sqq.

<sup>17</sup> Herodotus 3, 102. cfr etiam Reinhold Bichler: *Herodots Welt.* 2. ed., Berolini a.2001, p. 25sq.

cultūs civiles imperatoresque illustres. Ab hominibus doctis magni aestimata est Herodotea ratio geographiam tractandi, quamquam auctor potuit ūti exemplis aliorum traditis, e.g. Hectaei Milesii<sup>18</sup>.

## **PARTEM PRIMAM (I)**

### **THEODISCAE SYMBOLAE WIKIPEDIANAE**

**C.T. HERODOT**

**IN LATINUM CONVERTIT**

**LEO LATINUS**

**(*Altera pars sequetur*)**

---

<sup>18</sup> De operis structurâ et qualitatibus generalibus cfr Felix Jacoby: *Herodotos*. in: RE tom.suppl. 2 (a.1914), ibidem col. 281sqq.; Reinhold Bichler, Robert Rollinger: *Herodot*. Hildesheim e.al. a.2000, p. 13sqq.; Klaus Meister: *Die griechische Geschichtsschreibung*. Stuttgardiae a.1990, p. 25sqq.

## HERODOTUS, Historiae I 1-5

### PROOEMIUM

#### Versio Latina (Schweighäuser 1830)<sup>1</sup>

Herodotus Thurius [Halicarnassus], quae cum ceteris de rebus, tum de causa bellorum Graecos inter Barbarosque gestorum, perquirendo cognovit, ea his libris consignata in publicum edit; ne, quae ab hominibus gesta sunt, progressu temporis oblivione deleantur, neve praeclara mirabiliaque facta, quae vel a Graecis edita sunt vel a Barbaris, sua laude fraudentur.

Iam Persarum quidem literatos si audias, inimicitarum primi auctores Phoenices fuere. Hos enim, aiunt, postquam a mari, quod rubrum vocatur, ad hoc nostrum mare advenissent, hancque regionem, quam etiam nunc incolunt, coepissent habitare, continuo navigationibus dedisse operam, et transvehendis mercibus Aegyptiis Assyriisque quum alias Graeciae partes, tum vero et Argos adiisse. Argos enim illis temporibus inter alia eius regionis oppida, quae Graecia

#### ed. GODLEY (1920)<sup>2</sup>

Ἡροδότου Θουρίου [Ἀλικαρνησσέος] ιστορίης ἀπόδεξις ἦδε, ως μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωμαστά, τὰ μὲν Ἑλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλέα γένηται, τά τε ἄλλα καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι.

(1,1,1) Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας αἴτιοις φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς· τούτους γάρ, ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν καὶ οἰκήσαντας τοῦτον τὸν χῶρον τὸν καὶ νῦν οἰκέοντι, αὐτίκα ναυτιλίησι μακρῷσι ἐπιθέσθαι, ἀπαγινέοντας δὲ φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ασσύρια τῇ τε ἄλλῃ [χώρῃ] ἐσαπικνέεσθαι καὶ δὴ καὶ ἐς Ἀργος· (2) τὸ δὲ Ἀργος τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχε ἀπασι τῶν ἐν τῇ

<sup>1</sup> Joannes Schweighaeuser: Herodoti Musae sive Historiarum libri IX. tom.2, Londini 1830.[https://books.google.de/books/about/Versio\\_Latina.html?id=GXJHAQAAQAAJ&redir\\_esc=y](https://books.google.de/books/about/Versio_Latina.html?id=GXJHAQAAQAAJ&redir_esc=y) Pauca tantum verba mutavi.

<sup>2</sup> Herodotus, with an English translation by A. D. Godley. Cambridge. Harvard University Press. 1920. The Annenberg CPB/Project provided support for entering this text. PERSEUS PROJECT <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Hdt.+2.121&fromdoc=Perseus%3Atext%3A1999.01.0125> Interpunctionem mutavi, in sententiis ineuntibus usus sum litteris maiusculis.

nunc nominatur, rebus omnibus eminebat. Ad Argos igitur hoc postquam adpulissent Phoenices, ibique merces suas venum exposuissent, quinto aut sexto ab adventu die, divenditis fere rebus omnibus, mulieres ad mare venisse, quum alias multas, tum vero et regis filiam, quam quidem eodem nomine Persae appellant atque Graeci, Io Inachi. Quae dum ad puppim navis stantes mercarentur merces, quae illarum maxime animos advertisset, Phoenices interim mutuo sese cohortatos impetum in illas fecisse: et maiorem quidem mulierum numerum profugisse, Io vero cum aliis fuisse raptam: quibus in navem impositis, soluta navi Phoenices Aegyptum versus vela fecisse.

Hac quidem ratione in Aegyptum pervenisse Io aiunt Persae, secus atque Graeci, idque primum fuisse iniuriarum initium. Deinde vero Graecos nonnullos, quorum nomina non possunt memorare, (fuerint hi autem Cretenses,) Tyrum in Phoenice adpulisse, filiamque regis rapuisse Europam; ac sic quidem par pari fuisse ab his repensum. Post haec autem Graecos secundae iniuriae fuisse auctores: etenim longa navi Aeam, Colchidis oppidum, et ad Phasin flumen profectos, perfectis

vñv Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ. Απικομένους δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ τὸ Ἀργος τοῦτο διατίθεσθαι τὸν φόρτον. (3) Πέμπτη δὲ ἡ ἔκτη ἡμέρῃ ἀπ' ἣς ἀπίκοντο, ἐξεμπολημένων σφι σχεδὸν πάντων, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν γυναικας ἄλλας τε πολλὰς καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος θυγατέρα· τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι, κατὰ τῶντὸ τὸ καὶ Ἑλλῆνες λέγουσι, Ίοῦν τὴν Ινάχου. (4) Ταῦτας στάσας κατὰ πρύμνην τῆς νεὸς ὠνέεσθαι τῶν φορτίων τῶν σφι ἦν θυμὸς μάλιστα, καὶ τοὺς Φοίνικας διακελευσαμένους ὁρμῆσαι ἐπ' αὐτάς. Τὰς μὲν δὴ πλέονας τῶν γυναικῶν ἀποφυγεῖν, τὴν δὲ Ίοῦν σὺν ἄλλησι ἀρπασθῆναι· ἐσβαλομένους δὲ ἐς τὴν νέα οἰχεσθαι ἀποπλέοντας ἐπ' Αἴγυπτον.

(1,2,1) Οὕτω μὲν Ίοῦν ἐς Αἴγυπτον ἀπικέσθαι λέγουσι Πέρσαι, οὐκ ως Ἑλλῆνες, καὶ τῶν ἀδικημάτων πρῶτον τοῦτο ἀρξαῖ· μετὰ δὲ ταῦτα Ἑλλήνων τινάς [οὐ γὰρ ἔχουσι τούνομα ἀπηγήσασθαι] φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον προσσχόντας ἀρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Εύρωπην· εἴησαν δ' ἀν οὗτοι Κρῆτες. (2) Ταῦτα μὲν δὴ ἵσα πρὸς ἵσα σφι γενέσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα Ἑλληνας αἰτίους τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. Καταπλώσαντας γὰρ

ceteris rebus, quarum causa advenisset, rapuisse inde regis filiam Medeam; quumque ad poenas raptus huius repetendas et ad reposcendam filiam caduceatorem in Graeciam misisset Colchus, respondisse Graecos, quemadmodum illi de raptu Argivae Ius sibi non dedissent poenas, sic ne se quidem illis datus.

(1,3). Tum deinde, proxima aetate, Alexandrum, Priami filium, quum ista audivisset, cupidinem incessisse uxoris sibi e Graecia per rapinam comparandae; existimantem utique se non daturum poenas, quoniam nec illi dedissent. Itaque quum is rapuissest Helenam, visum esse Graecis primum missis nuntiis Helenam repetere et poenas de raptu poscere. Illos vero hisce, postulata sua exponentibus, raptum exprobrasse Medeae, ut qui, quum ipsi nec poenas dedissent, nec illam reposcentibus reddidissent, vellent ab aliis poenas sibi dari.

(1,4,1) Hucusque igitur mutuis solum rapinis esse actum: ab illo vero tempore Graecos utique graviorum iniuriarum exstitisse auctores; hos enim priores Asiae coepisse bellum inferre, quam

μακρῷ νηὶ ἐς Αἴάν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμόν, ἐνθεῦτεν, διαπορηξαμένους καὶ τἄλλα τῶν εἴνεκεν ἀπίκατο, ἀρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Μῆδείην. (3) Πέμψαντα δὲ τὸν Κόλχων βασιλέα ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυκα αἰτέειν τε δίκας τῆς ἀρπαγῆς καὶ ἀπαιτέειν τὴν θυγατέρα· τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι Ίοῦς τῆς Αργείης ἔδοσάν σφι δίκας τῆς ἀρπαγῆς· οὐδὲ ὅν αὐτοὶ δώσειν ἐκείνοισι.

(1,3,1) Δευτέρῃ δὲ λέγουσι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου ἀκηκοότα ταῦτα ἐθελῆσαι οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος δι' ἀρπαγῆς γενέσθαι γυναῖκα, ἐπιστάμενον πάντως ὅτι οὐ δώσει δίκας· οὐδὲ γὰρ ἐκείνους διδόναι. (2) Οὕτω δὴ ἀρπάσαντος αὐτοῦ Ἑλένην, τοῖσι Ἑλησι δόξαι πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους ἀπαιτέειν τε Ἑλένην καὶ δίκας τῆς ἀρπαγῆς αἰτέειν. (3) Τοὺς δὲ προισχομένων ταῦτα προφέρειν σφι Μῆδείης τὴν ἀρπαγήν, ὡς οὐ δόντες αὐτοὶ δίκας οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτεόντων βουλοίατό σφι παρ' ἄλλων δίκας γίνεσθαι.

(1,4,1) Μέχρι μὲν ὅν τούτου ἀρπαγὰς μούνας εἶναι παρ' ἄλλήλων, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου Ἑλληνας δὴ μεγάλως αἰτίους

Persae intulissent Europae. (2) Et mulieres quidem rapere, videri sibi aiunt iniquiorum esse hominum; raptarum vero ultionem tanto studio persequi, amentium; contra, nullam raptarum curam habere, prudentium; quippe manifestum esse, nisi ipsae voluissent, non futurum fuisse, ut raperentur. (3) Itaque se quidem, Asiam incolentes, aiunt Persae, raptarum mulierum nullam habuisse rationem; Graecos autem mulieris Laconicae causa ingentem contraxisse classem, et mox in Asiam profectos Priami regnum evertisse. (4) Ab eo tempore se constanter Graeciae populos sibi esse inimicos existimasse. Nam Asiam et barbaras gentes eam incolentes ad se pertinere autumnant Persae; Europam vero et Graecos nihil secum commune habere.

(1,5,1) Hunc in modum Persae quidem gestas res esse memorant, et ab Ilii excidio repetunt inimicarum suarum adversos Graecos initium. De Io vero cum Persis non consentiunt Phoenices rem isto modo esse gestam. Negant enim se raptu usos illam in Aegyptum abduxisse: sed Argis eam cum nauclero aiunt concubuisse, et quum se gravidam sensisset, veritam parentum iram,

γενέσθαι· προτέρους γὰρ ἄρξαι στρατεύεσθαι ἐς τὴν Ασίην ἡ σφέας ἐς τὴν Εὐρώπην. (2) Τὸ μὲν νῦν ἀρπάζειν γυναικας ἀνδρῶν ἀδίκων νομίζειν ἔργον εἶναι, τὸ δὲ ἀρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν ἀνοήτων, τὸ δὲ μηδεμίαν ὥρην ἔχειν ἀρπασθεισέων σωφρόνων· δῆλα γὰρ δὴ ὅτι, εἰ μὴ αὐταὶ ἐβούλοντο, οὐκ ἀνήρπαζοντο. (3) Σφέας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῆς Ασίης λέγουσι Πέρσαι ἀρπαζομένων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι, "Ελληνας δὲ Λακεδαιμονίης εὗνεκεν γυναικὸς στόλον μέγαν συναγεῖραι καὶ ἔπειτα ἐλθόντας ἐς τὴν Ασίην τὴν Πριάμου δύναμιν κατ-ελεῖν. (4) Απὸ τούτου αἱεὶ ἡγήσασθαι τὸ Ἑλληνικὸν σφίσι εἶναι πολέμιον. Τὴν γὰρ Ασίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκηιοῦνται οἱ Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἥγηνται κεχωρίσθαι.


(1,5,1) Οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι, καὶ διὰ τὴν Ἰλίου ἄλωσιν εὑρίσκουσι σφίσι ἐοῦσαν τὴν ἀρχὴν τῆς ἔχθρος τῆς ἐς τοὺς Ἑλληνας. (2) Περὶ δὲ τῆς Ἰοῦ οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσησι οὕτω Φοίνικες· οὐ γὰρ ἀρπαγῇ σφέας χρησαμένους λέγουσι ἀγαγεῖν αὐτὴν ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ Ἀργείῳ ἐμίσγετο τῷ ναυκλήρῳ τῆς νεός· ἐπεὶ δὲ ἔμαθε ἔγκυος ἐοῦσα,

sic volentem ipsam cum Phoenici-  
bus enavigasse, ne comperta foret.

αἰδεομένη τοὺς τοκέας, οὕτω δὴ  
ἐθελοντὴν αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι  
συνεκπλῶσαι, ὡς ἀν μὴ κατάδη-  
λος γένηται.

## **HERODOTUS, Historiae I 6-13**

### **GYGES ET CANDAULES**



**REX GYGES. A.1859** pinxit Jean-Léon Gérôme.

#### **Versio Latina (Schweighäuser 1830)**

(1) Croesus, genere Lydus,  
Alyattis filius, rex fuit populo-  
rum intra Halyn fluvium inco-  
lentium; quod flumen, a meridie  
Syros inter et Paphlagonas inter-

#### **HERODOTUS, Historiae I 6 –13**

(1,6,1) Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν γένος,  
παῖς δὲ Ἀλυάττεω, τύραννος δὲ  
ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἀλυος ποταμοῦ,  
ὅς ὁρέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ

fluens, ad septentrionem in Euxinum qui vocatur Pontum se exonerat. (2) Hic Croesus e barbaris, quos novimus, primus alios Graecorum imperio suo subiecit, alios sibi socios et amicos adiunxit. Subegit Ionas et Aeoles et Dorienses Asiam incolentes; amicos autem sibi conciliavit Lacedaemonios.

(3) Ante Croesi vero imperium Graeci omnes liberi fuerunt: nam Cimmeriorum expeditio adversus Ioniam, ante Croesi aetatem sucepta, non oppidorum fuerat redactio in potestatem, sed rapina ex incursione.

(1) Ceterum regnum illud, quod Heraclidarum antea fuisse, ad Croesi genus, qui Mermnadae nominabantur, tali modo pervenerat. (2) Candaules, quem Graeci Myrsilum vocant, Sardium fuit rex, ab Alcaeо oriundus, Herculis filio. (3) Nam Agron, Nini filius, Beli nepos, Alcaeи pronepos, primus ex Heraclidis rex fuerat Sardium; Candaules vero, Myrsi filius, postremus. Qui vero ante Agnonem in eaden regione regnaverat, a Lydo, Atyis filio erant oriundi, a quo universus populus Lydorum nomen invenit, quum prius Maeones fuissent nominati. (4) Ab his priscis regibus

Συρίων τε καὶ Παφλαγόνων ἔξιεὶ πρὸς βορέην ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. (2) Οὗτος ὁ Κροῖσος βαρβάρων πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν τοὺς μὲν κατεστρέψατο Ἑλλήνων ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τοὺς δὲ φίλους προσεποιήσατο. Κατεστρέψατο μὲν Ἰωνάς τε καὶ Αἰολέας καὶ Δωριέας τοὺς ἐν τῇ Ασίῃ, φίλους δὲ προσεποιήσατο Λακεδαιμονίους. (3) Πρὸ δὲ τῆς Κροίσου ἀρχῆς πάντες Ἑλληνες ἦσαν ἐλεύθεροι. Τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα τὸ ἐπὶ τὴν Ιωνίην ἀπικόμενον, Κροίσου ἐὸν πρεσβύτερον, οὐ καταστροφὴ ἐγένετο τῶν πολίων, ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἀρπαγὴ.

(1,7,1) Ἡ δὲ ἡγεμονίη οὕτω περιῆλθε, ἐοῦσα Ἡρακλειδέων, ἐς τὸ γένος τὸ Κροίσου, καλεομένους δὲ Μερμνάδας. (2) Ἡν Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἑλληνες Μυρσίλον ὄνομάζουσι, τύραννος Σαρδίων, ἀπόγονος δὲ Άλκαίου τοῦ Ἡρακλέος. (3) Ἀγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνου τοῦ Βήλου τοῦ Άλκαίου πρῶτος Ἡρακλειδέων βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων, Κανδαύλης δὲ ὁ Μύρσου ὕστατος. Οἱ δὲ πρότερον Ἀγρωνος βασιλεύσαντες ταύτης τῆς χώρης ἦσαν ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος, ἀπ' ὅτεο ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς οὗτος, πρότερον Μηίων καλεόμενος. (4) Παρὰ τούτων

commissum sibi regnum ex oraculi edicto obtinuerunt Heraclidae, Iardani ancilla et Hercule prognati; regnantes, per duas et viginti virorum generationes, annos quinque et quingentos, continua serie filius patri succedens usque ad Candaulen Myrsi filium.

(1,8,1) Hic igitur Candaules uxoris suaे amore tenebatur eamque deperiens arbitrabatur esse sibi uxorem mulierum omnium formosissimam. Quod quum ei esset persuasum, apud Gygen, Dascali filium, unum e corporis custodibus, quem maxime acceptum habebat, ut de rebus etiam gravissimis cum eo communicabat, ita formae laudem uxoris supra modum extulit.

(2) Nec multo post (erat enim infatis, ut infortunatus esset Candaules) his verbis Gygen est adlocutus: "Gyge, videris tu mihi de forma uxoris meae verba facienti fidem non adhibere; auribus enim minus fidere amant homines quam oculis: fac igitur, ut nudam illam spectes."

(3) At ille vehementer exclamans: "domine," inquit, "quemnam sermonem haudquaquam sanam profers, iubens me heram meam nudam spectare! Mulier enim tunicam exuens simul

'Ηρακλεῖδαι ἐπιτραφθέντες ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐκ Θεοπροπίου, ἐκ δούλης τε τῆς Ἰαρδάνου γεγονότες καὶ Ἡρακλέος, ἀρξαντες [μὲν] ἐπὶ δύο τε καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν, ἔτεα πέντε τε καὶ πεντακόσια, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχὴν, μέχρι Κανδαύλεω τοῦ Μύρσου.

(1,8,1) Οὗτος δὴ ὁ Κανδαύλης ἡράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικός, ἐρασθεὶς δὲ ἐνόμιζε οἱ εἶναι γυναικαὶ πολλὸν πασέων καλλίστην. "Ωστε δὲ ταῦτα νομίζων, ἦν γάρ οἱ τῶν αἰχμοφόρων Γύγης ὁ Δασκύλου ἀρεσκόμενος μάλιστα, τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο ὁ Κανδαύλης καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπερεπαινέων.

(2) Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος, χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς, ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε. "Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαι μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδος τῆς γυναικός [ῶτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὄφθαλμῶν], ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν."

(3) Ο δὲ μέγα ἀμβώσας εἶπε. "Δέσποτα, τίνα λέγεις λόγον οὐκ ὕγιέα, κελεύων με δέσποιναν τὴν ἐμὴν θεήσασθαι γυμνήν; "Αμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένω συνεκδύεται καὶ

etiam verecundiam exuit. (4) Iam olim vero honestatis praecepta inventa sunt ab hominibus, a quibus discere oportet: quorum unum hoc est, Suum cuique esse inspiciendum. Ego vero persuasum habeo esse illam mulierum omnium pulcherrimam; teque oro, ne postules illicita."

(1,9,1) His usus verbis repugnavit Gyges, veritus, ne quid sibi ex ea re mali accideret. Cui rex vicissim: "Confide", inquit, "Gyge, neque aut me time, quasi te tentaturus utar hoc sermone, aut uxorem meam, ne quid tibi ex illa detrimentum creetur. Omnino enim eam rationem inibo, ut illa ne intellectura sit quidem, esse se a te conspectam. (2) Te enim post apertam ianum cubiculi, in quo cubamus, collocabo. Postquam ego ero ingressus, aderit et uxor mea in cubiculum; posita est autem prope introitum sella, in qua illa vestes suas, aliam post aliam exuens, deponet: ibi tunc licuerit tibi multo cum otio eam spectare. (3) Deinde, cum e sella in lectum concendet et tu a tergo eius eris, reliquum est, ut tu cures, ne illa te conspiciat foras exeuntem.

τὴν αἰδῶ γυνή. (4) Πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ· ἐν τοῖσι ἐν τόδε ἔστι, σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ. Ἐγὼ δὲ πείθομαι ἐκείνην εἶναι πασέων γυναικῶν καλλίστην, καὶ σεο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων."

(1,9,1) Ο μὲν δὴ λέγων τοιαῦτα ἀπεμάχετο, ἀρρωδέων μή τι οἱ ἐξ αὐτῶν γένηται κακόν. Ο δ' ἀμείβετο τοῖσδε· "Θάρσεε, Γύγη, καὶ μὴ φοβέο μήτε ἐμέ, ὡς σεο πειρώμενος λέγω λόγον τόνδε, μήτε γυναικα τὴν ἐμήν, μή τι τοι ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος· ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτω ὕστε μηδὲ μαθεῖν μιν ὁφθεῖσαν ὑπὸ σέο. (2) Ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οὔκημα, ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὅπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης στήσω· μετὰ δ' ἐμὲ ἐσελθόντα αὐτίκα παρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς κοῖτον. Κεῖται δὲ ἀγχοῦ τῆς ἐσόδου θρόνος· ἐπὶ τοῦτον τῶν ἴματίων κατὰ ἐν ἔκαστον ἐκδύνουσα θήσει καὶ κατ' ἡσυχίην πολλὴν παρέξει τοι θεήσασθαι. (3) Ἐπεὰν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου στείχῃ ἐπὶ τὴν εύνην κατὰ νάτου τε αὐτῆς γένη, σοὶ μελέτω τὸ ἐνθεῦτεν ὄκως μή σε ὅψεται ιόντα διὰ θυρέων."

(1,10,1) Igitur Gyges, cum effugere non posset, paratus fuit; quem Candaules, postquam cubandi tempus visum est adesse, in cubiculum introduxit; pauloque post uxor etiam adfuit. (2) Ingressam et vestimenta ponentem Gyges cum spectasset, mox ubi aversa illa in lectum se contulit, clam ipse foras se subduxit; at egredientem conspicata est mulier. (3) Quae ut intellexit, quid a marito actum esset, neque exclamavit, pudore retenta, et se animadvertisse dissimulavit, in animo habens ultionem capere de Candaule. Apud Lydos enim, ac fere apud ceteros quoque barbaros, etiam viro magnum in probrum vertitur nudum conspici.

(1,11,1) Itaque tunc quidem nihil aperiens silentium tenuit illa; simulac vero illuxit, praesto esse iussis famulis, quos maxime fidos sibi cognoverat, Gygen ad se vocavit. (2) Et ille nihil eam nosse ratus eorum, quae gesta essent, arcessitus venit; quippe et ante solitus, quotiens regina vocaret, eam convenire. (3) Ut venit, his verbis eam adlocuta est mulier: "Gyge, nunc duarum viarum tibi apertarum optionem concedo, utram ingredi volueris: aut enim imperfecto Candaule et me et regnum Lydorum habeto;

(1,10,1) Ο μὲν δή, ώς οὐκ ἐδύνατο διαφυγεῖν, ἦν ἔτοιμος· ὁ δὲ Κανδαύλης, ἐπεὶ ἐδόκεε ὥρη τῆς κοίτης εἶναι, ἤγαγε τὸν Γύγην ἐς τὸ οἴκημα, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα παρῆν καὶ ἡ γυνὴ· (2) ἐσελθοῦσαν δὲ καὶ τιθεῖσαν τὰ εἴματα ἐθηεῖτο ὁ Γύγης. Ως δὲ κατὰ νάτου ἐγένετο ιούσης τῆς γυναικὸς ἐς τὴν κοίτην, ἔχωρεε ἔξω. Καὶ ἡ γυνὴ ἐπορᾶ μιν ἔξιόντα. (3) Μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς οὔτε ἔδοξε μαθεῖν, ἐν νόῳ ἔχουσα τείσεσθαι τὸν Κανδαύλην· παρὰ γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει.

(1,11,1) Τότε μὲν δὴ οὕτως οὐδὲν δηλώσασα ἡσυχίην εἶχε· ώς δὲ ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, τῶν οὐκετέων τοὺς μάλιστα ὥρα πιστοὺς ἐόντας ἐωυτῇ ἔτοιμους ποιησαμένη, ἐκάλεε τὸν Γύγην. (2) Ο δὲ οὐδὲν δοκέων αὐτὴν τῶν πρηχθέντων ἐπίστασθαι ἦλθε καλεόμενος· ἐώθεε γὰρ καὶ πρόσθε, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν. (3) Ως δὲ ὁ Γύγης ἀπίκετο, ἔλεγε ἡ γυνὴ τάδε· "Νῦν τοι δυῶν ὁδῶν παρεουσέων, Γύγη, δίδωμι αἴρεσιν, ὅκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι· ἡ γὰρ Κανδαύλην ἀποκτείνας ἐμέ τε καὶ

aut te ipsum protinus sic mori oportet, ne posthac Candaulae in omnibus obsequens spectes, quae te spectare nefas est. Enimvero aut illum, qui ista molitus est, interire oportet, aut te, qui nudam me es conspicatus et illicita fecisti." (4) Ad haec verba Gyges primum stupere, tum deinde obsecrare illam, ne se necessitati illigaret diiudicandae talis optionis. Nec vero ei persuasit; sed vidit necessitatem utique sibi propositam aut perdendi herum aut per alios pereundi. Elegit itaque, ut ipse superesset. (5) Et illam percontans: "Quandoquidem invitum me", inquit, "adigis ad herum meum occidendum, age audiam, ecquo illum modo adgressuri simus?" Et illa excipiens: "Ex eodem loco", inquit, "adoriendus erit, "unde ille nudam me tibi ostendit. In sopitum somno impetus fiet."

(1,12,1) Ita cum de faciendis insidiis inter se constituisserent, ingruente nocte Gyges (nec enim dimittebatur, neque ullum ei effugium erat, sed aut ipsum interire oportebat aut Candaulen) secutus est mulierem in cubiculum, ubi eum illa tradito pugione post eandem ianuam

τὴν βασιληήν ἔχε τὴν Λυδῶν, ἡ αὐτόν σε αὐτίκα οὕτω ἀποθνήσκειν δεῖ, ὡς ἀν μὴ πάντα πειθόμενος Κανδαύλῃ τοῦ λοιποῦ ἴδης τὰ μὴ σε δεῖ. Ἀλλ' ἥτοι κεῖνόν γε τὸν ταῦτα βουλεύσαντα δεῖ ἀπόλλυσθαι ἢ σὲ τὸν ἐμὲ γυμνὴν θεησάμενον καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα." (4) Ο δὲ Γύγης τέως μὲν ἀπεθώμαζε τὰ λεγόμενα, μετὰ δὲ ἵκετευε μή μιν ἀναγκαίη ἐνδέειν διακρῖναι τοιαύτην αἵρεσιν. Οὐκ ὅν δὴ ἔπειθε, ἀλλ' ὡρα ἀναγκαίην ἀληθέως προκειμένην ἢ τὸν δεσπότην ἀπολλύναι ἢ αὐτὸν ὑπ' ἄλλων ἀπόλλυσθαι· αἰρέεται αὐτὸς περιεῖναι.

(5) Ἐπειρώτα δὴ λέγων τάδε· "Ἐπεί με ἀναγκάζεις δεσπότην τὸν ἐμὸν κτείνειν οὐκ ἐθέλοντα, φέρε ἀκούσω, τέως καὶ τρόπῳ ἐπιχειρήσομεν αὐτῷ." Ή δὲ ὑπολαβοῦσα ἔφη· "Ἐκ τοῦ αὐτοῦ μὲν χωρίου ἡ ὁρμὴ ἔσται, ὅθεν περ καὶ ἐκεῖνος ἐμὲ ἐπεδέξατο γυμνήν, ὑπνωμένω δὲ ἡ ἐπιχειρησίς ἔσται."

(1,12,1) Ως δὲ ἥρτυσαν τὴν ἐπιβουλήν, νυκτὸς γενομένης (οὐ γὰρ ἐμετίετο ὁ Γύγης, οὐδέ οἱ ἦν ἀπαλλαγὴ οὐδεμίᾳ, ἀλλ' ἔδεε ἢ αὐτὸν ἀπολωλέναι ἢ Κανδαύλην) εἴπετο ἐς τὸν θάλαμον τῇ γυναικί. Καί μιν ἐκείνη ἐγχειρίδιον δοῦσα κατακρύπτει ὑπὸ τὴν αὐτὴν θύρην. (2) Καὶ μετὰ ταῦτα ἀναπανομένου

occultavit. (2) Deinde quiescente Candaule leniter accessit; illoque obtruncato et uxorem et regnum obtinuit Gyges. Cuius etiam Archilochus Parius, qui eadem vixit aetate, in iambis trimetris meminit.

(1,13,1) Obtinuit autem regnum in eoque confirmatus est ex Delphici oraculi effato. Nam cum indigne ferrent Lydi casum Candaulae essentque in armis, convenit inter Gygae factionem et reliquos Lydos, ut, si respondisset oraculum hunc esse regem Lydorum, ipse regnaret; sin minus, Heraclidis restitueret regnum. (2) Edito igitur secundum eum oraculo Gyges ita regnum obtinuit. Verumtamen hoc simul edixerat Pythia, ultionem venturam esse Heraclidis in quintum ex posteris Gygae: quod simul vaticinium nec Lydi nec eorum reges ullius momenti fecerunt, donec exitu comprobatum est.

Κανδαύλεω ύπτεκδύς τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν ἔσχε καὶ τὴν γυναικα καὶ τὴν βασιλήην Γύγης· τοῦ καὶ Αρχίλοχος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος, ἐν ιάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη.

(1,13,1) Ἐσχε δὲ τὴν βασιλήην καὶ ἐκρατύνθη ἐκ τοῦ ἐν Δελφοῖσι χρηστηρίου. Ὡς γὰρ δὴ οἱ Λυδοὶ δεινὸν ἐποιεῦντο τὸ Κανδαύλεω πάθος καὶ ἐν ὅπλοισι ἥσαν, συνέβησαν ἐς τῶντὸ οἴ τε τοῦ Γύγεω στασιῶται καὶ οἱ λοιποὶ Λυδοί, ἦν μὲν [δὴ] τὸ χρηστήριον ἀνέλη μιν βασιλέα εἶναι Λυδῶν, τὸν δὲ βασιλεύειν, ἦν δὲ μή, ἀποδοῦναι ὅπισω ἐς Ἡρακλείδας τὴν ἀρχήν. (2) Ανεῖλέ τε δὴ τὸ χρηστήριον καὶ ἐβασίλευσε οὕτω Γύγης. Τοσόνδε μέντοι εἶπε ἡ Πυθίη, ὡς Ἡρακλείδησι τίσις ἥξει ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. Τούτου τοῦ ἐπεος Λυδοί τε καὶ οἱ βασιλέες αὐτῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, πρὸν δὴ ἐπετελέσθη.



Candaules rex Lydiae uxorem suam dolo monstrat Gygeam uni ex ministris.  
Pinxit William Etty (1787-1849).

## **SYNOPSIS**

**TEXTŪS HERODOTEI**  
(Hist. I,1-13 : Prooemium, Gyges et Candaules)

**NECNON EIUSDEM VERSIONIS LATINAЕ**

**A IOHANNE SCHWEIGHÄUSER**

**ARTIFICIOSĒ CONFECTAE**

**COMPOSUIT**



**LEO LATINUS**

# VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (IV)

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinē redditā

CORBEIL,Jean-Claude/ARCHAMBAULT,Ariane: PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscā et Anglicā et Francogallicā et Hispanicā et Italicā. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem earum decimam, quae spectat ad res accessorias. Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I. ASTRONOMIA – II. TERRA – III. REGNUM PLANTARUM –  
 IV. REGNUM ANIMALIUM – V. HOMO – VI. NUTRIMENTA ET  
 INSTRUMENTA COQUINARIA – VII. DOMESTICA – VIII. AUTURGIA  
 ET HORTICULTURA – IX. VESTIMENTA – X. RES ACCESSORIAE  
 PERSONALES – XI. ARTES ET ARCHITECTURA –  
 XII. COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA –  
 XIII. TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV. ENERGIA – XV.  
 SCIENTIAE – XVI. ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe per facile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas partem **ARTIUM ET ARCHITECTURAE quartam (IV)** vocabulis Latinis ditificatam. Faveas, quaeso, operi nostro laborioso.

Nicolaus Groß

**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.com/>

theodiscē	anglicē	francogallicē	hispanicē	italicē	LATINĒ
<b>Festung</b>	Vauban fortification	fortification à la Vauban	fortificación de Vauban	fortificazione alla Vauban	<b>mūnīmentum, -ī n., +fortalitium, -ī n.</b> [LAVATER, Hans Conrad: Kriegsbüchlein, Zürich 1667.]
<b>Kontreskarpe, äußere Grabenböschung</b>	counterscarp	contrescarpe	contraescarpa	controscarpa	<b>acclīvitās exterior</b> [LAVATER, Hans Conrad: Kriegsbüchlein, Zürich 1667] <b>exterior fossae dēclīvitās</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698, s.v. contrescarpe]
<b>Schar-wachturm</b>	bartizan	échauguette	garita	garitta	<b>specula, -ae f.</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698]
<b>innere Grabenböschung</b>	scarp	escarpe	escarpa	scarpa	<b>acclīvitās interior</b> [LAVATER, Hans Conrad: Kriegsbüchlein, Zürich 1667]
<b>Katze</b>	retrenchment	cavalier	caballero	cavaliere	<b>suggestus prōpugnāculī</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698] <b>collēs, -ium m.pl.; aggerēs prōpugnāculōrum</b> [LAVATER, Hans Conrad: Kriegsbüchlein, Zürich 1667]
<b>Wehrgang</b>	parapet walk	chemin de ronde	adarve	cammino di ronda	<b>+corseria, -ae f., +curseria, -ae f.</b> [DuC.]
<b>Übungsplatz</b>	parade ground	place d'armes	patio de armas	piazza d'armi	<b>platēa armōrum; forum armōrum</b>
<b>Kaserne</b>	barrack buildings	casernement	caserna	caserma	<b>castra, -ōrum n.pl. ; aedificium castrēnse</b>
<b>Schießscharte</b>	embrasure	embrasure	cañonera	cannoniera	<b>intervallum / ōstium iaculātōrium</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698] <b>forāmen iaculātōrium</b> [Lat.-dt. U. Dt-lat. Wb., 1805, 2.divisio (M-Z), tom.II, col.2452 ]
<b>Brustwehr</b>	battlement	parapet	parapeto	parapetto	<b>lorīca, -ae f.</b> [Vollständiges Mathematisches Lexicon, Leizig 1747, tom.1, col.235: „Brustwehr, lorīca, Parapet, heisset der erhöhte Theil eines Festungswercks, wohinter die Besatzung wider das feindliche Canonirenen bedeckt stehen kann...“]
<b>Flanke</b>	flank	flanc	flanco	fianco	<b>āla prōpugnāculī</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens,

					Lipsiae 1698, s.v. Flanc]
<b>Zangenwerk</b>	tenaille	tenaille	tenaza	tenaglia	<b>forceps</b> , <i>forcipis</i> f. [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698, s.v. Tenaille] <b>collāre</b> , -is n. [Kaspar von Stieler, Lexicon Germanicum, Nürnberg 1691, col.2558 s.v. Werk: "Zackenwerk/ dicitur in munitionibus collare, sicuti Zangenwerk/ forcicula."]
<b>Bollwerk</b>	bastion	bastion	bastión	bastione	<b>prōpugnāculum</b> , -ī n. [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698, s.v. Bastion seu Boulevart]
<b>Vorderseite</b>	face	face	frente	faccia	<b>faciēs prōpugnāculī</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698, s.v. Face]
<b>Halbmond</b>	demi-lune	demi-lune	medialuna	lunetta	<b>sēmilūna</b> , -ae f. [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698, s.v. demi-lune]
<b>Schießgrube, Caponnier</b>	caponiere	caponnière	caponera	caponiera	<b>tumba minor</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698] <b>crypta</b> , -ae f. [HOFMANN, loc.cit.; FÄSCH, Kriegs- Ingenieur- Artillerie- und See-Lexicon, Dresden/Leipzig 1735, p.149, s.v. caponniere]
<b>Ausfallpforte</b>	postern	poterne	poterna	postierla	<b>posterula</b> , -ae f. [CASSIAN.instit.cen.5,11; AMM.30,1,13]
<b>Glacis</b>	glacis				<b>plānitiēs dēclīvāta</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698, s.v. Glacis]
<b>Kontergarde</b>	counterguard	contre-garde	contraguardia	controguardia	<b>praesidium prōpugnāculī</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698, s.v. Contregarde]
<b>Binnenraum</b>	terreplein	terre-plein	terraplén	terrapieno	<b>ambulācrum vallī</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698, s.v. Terreplein]
<b>Festungswall</b>	rampart	rempart	muralla	ramparo	<b>vallum</b> , -ī n. [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens,

					Lipsiae 1698, s.v. Rempart]
<b>gedeckter Weg</b>	covered way	chemin couvert	adarve cubierto	strada coperta	<b>via tēcta</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698, s.v. chemin couvert]
<b>Graben</b>	moat	fossé	foso	fossato	<b>fossa</b> , -ae f.
<b>Wach-häuschen</b>	guardhouse	corps de garde	cuerpo de guardia	corpo di guardia	<b>domus excubitōria</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698 ]
<b>auf-springender Winkel</b>	salient angle	saillant	ángulo saliente	saliente	<b>angulus ēruptīvus</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698 ]
<b>Traverse</b>	ground sill	traverse	traversa	traversa	<b>lorīca trānsversa</b> [HOFMANN, Andreas: Disputatio mathematica architecturae militaris naturam & potiorum ejusdem terminorum nomenclaturam sistens, Lipsiae 1698 ]

**Haec vocabula artium et architecturae  
excerpsit et in Latinum convertit**

**Nicolaus Groß  
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de/>

*(Sequetur VOCABULORUM ARTIS ET ARCHITECTURAЕ PARS (V))*

## ECCE LIBRI LEONIS LATINI

*Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdē augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipue disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.*

*Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:*

- |   |         |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat).....                       | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum).....                  | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser).....                | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne).....     | 22,00 € |

*PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non éditur in domunculā Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».*

*GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.*

*Habeas nos excusatos, quod situm interretiale (i.e. anglicē »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.*

*Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimē eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtualem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeratas, quibus operam dedit illis creandas.*

*Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIΣ AEI.*

## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR .	Num. mand a- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE- TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE – Libri audibles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404 A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAЕ	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

				Raelt					
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenma tt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptman n	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	00505 A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	00605 A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	00705 A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAЕ	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIMUM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	00406 A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3-938905-27-2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	--	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207	978-3-	OBSIDIO SAGUNTI A	Livius	_____	2007	Audio	53 min.	€ 23,90

	A	938905-28-9	T.LIVIO DESCRIPTA						
30	00307	978-3-938905-29-6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD-ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,**

**USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

**HANC EPISTULAM LEONINAM  
CENTESIMAM TRICESIMAM SECUNDAM**

**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT**



**Nocte Saganarum, 30. m.Apr., a.2017**

**Nicolaus Groß**



**LEO LATINUS**

**<http://www.leolatinus.de/>**